Évangéliaire de Saint Gatien de Tours

Bretagne (?) 850-900

Bibliothèque Nationale de France - NAL 1587

Mise en pages et en images
Jean-Luc Monneret
2024

f.1v – Prologue aux Évangiles. .

L’Évangéliaire, dit de Saint Gatien de Tours, est un manuscrit élaboré en Bretagne ou en Cornouaille entre 850 et 900. Le texte est rédigé en latin par trois scribes différents en ‘semi-onciale insulaire’, avec rehauts de couleur rouge et jaune et des annotations en minuscule caroline.

Saint Gatien, ou Cassien, a été le premier évêque de Tours au IIIe siècle. Il est mort en 300.

L’ouvrage comporte 109 feuillets de parchemin de 300 x 240 mm. Il est actuellement conservé à la Bibliothèque Nationale de France sous la cote NAL.1587.

Jean-Luc Monneret
Janvier 2024



LIBER GENERATIONIS ihu xpi
filii dauid filii abracham abracham genuit isac
isac autem genuit iacob iacob autem genuit iudam et fratres
eius iudas autem genuit fares et zaram de thamar fa
res autem genuit esrom esrom autem genuit aram aram autem ge
nuit aminadab aminadab autem genuit naason naason autem genu
it salmon salmon autem genuit boz de rachab boz autem genuit obed ex ruth
obed autem genuit iesse iesse autem genuit dauid regem dauid autem genuit salamonem
ex ea quae fuit uriae salamon autem genuit roboam roboam autem genuit abiud abi
ud autem genuit asaph asaph autem genuit iosaphath iosaphath autem genuit ioram
ioram autem genuit oziam ozias autem genuit ioatham ioathas autem genuit achaz
achaz autem genuit ezechiam ezechias autem genuit man nassem mannasses
autem genuit amos amos autem genuit iosiam iosias autem genuit iechoniam et fra
tres eius in transmigratione babilonis et post transmigrationem
babilonis iechonias autem genuit salathiel salathiel autem genuit zoroba
bel zorobabel autem genuit abiud abiud autem genuit eliacim eliacim autem genu
it azor azor autem genuit sadoc sadoc autem genuit achim achim autem
genuit eliud eliud autem genuit eleazar eleazar autem genuit matthan
matthan autem genuit iacob iacob autem genuit ioseph uirum mariae
de qua natus est ihs qui dicitur (et uocatur) xps
Omnes ergo generationes ab abracham usque ad dauid generationes
sunt xiiii. Et a dauid usque transmigrationem babilonis xiiii
Et a transmigratione babilonis usque ad xpm generationes sunt xiiii

f.2r – Liber générationis.


Secundum

XPI AUTEM

generatio sic erat cum esset dis
ponsata mater eius maria ioseph ante
quam conuenirent inuenta est in utero habens de spu
sco; ioseph autē uir eius cum esset homo iustus et nolet eam
traducere uoluit occulte dimittere eam; haec autem eo cogi
tante ecce angelus dni in somnis apparuit ei dicens ioseph filii
dauid noli timere accipere mariam coiugem tuam quod enim
ex ea nascetur de spu sco est pariet autem filium et uocabis nomen
eius ihm ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorū;
hoc h totum factū est ut adimpleretur quod dictum est a dno
per prophetam dicentem ecce uirgo in utero habebit et pariet filiū
et uocabunt nomen eius hemanuel quod est interpretatum nobis
cum ds; exsurgens h a sumpno ioseph fecit sicut praecepit ei an
gelus dni et accepit coiugem suā et non cognoscebat eam donec
peperit filiū suū primogenitum et uocauit nomen eius ihm;
Cum ergo natus esset ihs in bechlem iudae in dieb; herodis regis ec
ce magi ab oriente uenerunt in hierusolimam dicentes ubi est qui
natus rex iudeorū uidimus + stellam eius in oriente et ueni
mus adorare eum; audiens h herodis rex turbatus est et om
nis hierusolima cum eo et congregans omnes principes sacerdotū
et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi xps nasceretur at illi
dixerunt in bechlem iudae; sic enim scribtum est et tu bechlem
terra iuda nequaquam minima es in principib; iuda ex te enim

f.2v – Début de l’Évangile selon Matthieu.



math 3.
discendit decelo et accedens reuoluit lapidem et sedebat
super eum erat autem aspectus eius sicut fulgor et uestimen
cclxiii II tum eius candidum sicut nix ... Prae timore autem eius exterriti sunt
custodes et facti sunt uelut mortui respondens autem angelus
dixit mulieribus nolite timere uos scio enim quod ihm xpm quaeritis
qui crucifixus est quaeritis non est hic surrexit enim sicut dixit uenite et
uidete locum ubi positus erat dns et cito euntes dicite disci
pulis eius quia surrexit a mortuis ecce praecedet uos in gali
cclxiiii II laeam ibi eum uidebitis ... Ecce dixi uobis et exierunt cito de mo
numento cum timore et gaudio magno currentes nuntiare
cclx I discipulis eius ... Et ecce ihs occurrit illis dicens auete illae autem
accesserunt et tenuerunt pedes eius et adorauerunt eum
tunc ait illis ihs nolite timere sed ite nuntiate fratribus
meis ut eant in galilaeam ibi me uidebunt quae cum abissent ecce qui
dam de custodibus uenerunt in ciuitatem et nuntiauerunt principibus
sacerdotum omnia quae facta fuerant et congregati cum senioribus
consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes
dicite quia discipuli eius nocte uenerunt et furati sunt eum nobis
dormientibus et si hoc auditum fuerit a preside nos suadebimus
ei et securos uos faciemus at illi accepta pecunia fecerunt sicut
erant instructi et diuulgatum est uerbum istud apud iudaeos
usque in hodiernum diem ... Undecim autem apostoli eius abierunt in galilaeam
in montem ubi constituerat illis ihs et uidentes eum adorauerunt
quidam autem dubitauerunt et accedens ihs locutus est eis dicens
data est mihi omnis potestas in caelo et in terra euntes ergo nunc
docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et
sps sci docentes eos obseruare omnia quaecumque mandaui uobis et
ecce ego uobis cum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi ... amen
Finitum est euangelium secundum matheum

f.32v – Fin de l’Évangile selon Matthieu

f.32v – Début de l’Évangile selon Marc.

uiam tuam ante te. Uox clamantis in deserto parate uiam dni
rectas facite semitas eius. Fuit iohannis in deserto babtiza
ns et praedicans babtismum paenitentiae in remissionem pecca
torum et egrediebatur ad eum omnis iudeae regio et hieru
solimitae uniuersi et babtizabantur ab illo in iordanis flu
mine confitentes peccata sua. Et erat iohannis uestitus
pilis cameli et zona pellicia circa lumbos suos et locustas
et mel siluestre edebat et praedicabat dicens uenit fortior
me post me cuius non sum dignus procumbens soluere
corrigiam calciamentorum eius ego babtizaui uos in aqua
ille uero babtizabit uos in spu sco. Et factum est in dieb;
illis uenit ihs a nazareth galileae et babtizatus est
in iordanen ab iohanne et statim ascendens de aqua uidit
apertos caelos et spm tamquam columbam discendentem
et manentem in ipso et uox de caelis facta est (tu es) filius meus dilec
tus in te conplacui. Et statim sps emissit eum in deserto
et erat in deserto xl dieb; et xl noctib; et temptabatur a satana
eratq; cum bestiis et angeli ministrabant ei. Post quam
autem traditus est iohannis uenit ihs in galileam praedi
cans euangelium regni et dicens qm inpletum est tempus
et adpropinquauit regnum di paenitemini et credite euangelio
et praeteriens secus mare galileae uidit simonem et andream
fratrem eius mittentes retia in mare erant piscatores.
Et dixit eis ihs uenite post me et faciam uos fieri piscatores
hominum et protinus relictis retib; secuti sunt eum. Et pro
gressus inde pussillum uidit iacobum zebedei et iohannem
fratrem eius et ipsos in naui conponentes retia et statim uo
cauit eos et relicto patre suo zebedeo in naui cum merc

f.33r

f.52v – Début de l’Évangile selon Luc.


53
ordinare narrationem rerum quae innobis conpletae sunt
sicut tradiderunt nobis qui abinitio ipsi uiderunt et minis
tri fuerunt sermonis ✗ uissum est et mihi adsequuto a princi
pio diligenter et ordine tibi scribere obtime theophile ut
cognoscas eorum uerborum de quib; eruditus es ueritatem ...
Tit Fuit indieb; herodis regis iudae sacerdos quidam no
mine zacharias deuice abia et uxor eius defiliab;
aron et nomen eius helisabech erant autem iusti ambo
ante dm incedentes inomnib; mandatis et iustificationi
b; dni sine querela et non erat illis filius eoquod esset
elisabeth sterilis et ambo processerant aetate indieb; suis ...
Factum est h cum sacerdotio fungeretur zacharias
inordine uicis suae ante dm secundum consuetudinem
sacerdotii sortem exiit utincensum poneret intemplo
ingresus intemplum dni et omnis multitudo populi erat
foris hora orans incensi apparuit h illi angelus dni sta
ns adextris altaris supplicationis et zacharias turba
tus est uidens et timor inruit super eum ait h adillum
angelus netimeas zacharias quia ecce exaudita est ora
tio tua et uxor tua helisabech pariet tibi filium et uoca
bis nomen eius iohannem et erit tibi gaudium et exultatio
et multi innatiuitate eius gaudebunt erit enim magnus
coram dno et uinum et sicera non bibet et spu sco replebi
tur adhuc exutero matris suae et multos filiorum isra
hel conuertet addnm dm ipsorum et ipse precedet ante
eum inspu et uirtute heliae utconuertat corda patrum
l pascere
infilios et incredulos adprudentiam iustorum parare
dno plebem perfectam et dixit zacharias adangelum

f.53r



lucas

illum magister quid faciemus at ille dixit ad eos nihil
amplius quam constitutum est uobis faciatis Interrogaba
nt in eum et milites dicentes quid faciemus et nos et dixit illis
neminem concutiatis neq; calumpniam faciatis et contenti es
tote stipendis uestris existimante In populo et cogitantib;
omnib; in cordib; suis de iohanne ne forte ipse esset xps...
x. I Respondit iohannis dicens omnib; ego quidem aqua baptizo
uos In penitentia uenit In fortior me cuius non sum dignus
soluere corrigiam calciamentorum eius ipse uos baptizabit
xi. I In spu sco et igni... Cuius uentilabrum inmanu sua (t eius) et purgabit
aream suam et congregabit triticum suum In horreum suum paleas
xii. I In conburet igni inextinguibili... Multa quidem et alia et hor
tans euangelizabat populum herodis in tetrarcha cum corri
peretur ab illo de herodiade uxore fratris sui et de omni
b; malis q; faciebat herodis adiecit et hoc super omnia In
xiii III clusit iohannem in carcerem... Factum est In cum baptizaretur
omnis populus et ihu baptizato et orante apertum est caelum
et discendit sps scs corporali specie sicut columba super (t in eum)
eum et uox facta est dicens tu es filius meus dilectus In te
xiiii. III conplacuit mihi... Et ipse ihs erat Incipiens quasi annorum
xxx ut putabatur esse filius ioseph

qui	fuit	heli	qui	fuit	amos
qui	fuit	melchi	qui	fuit	naum
qui	fuit	leui	qui	fuit	esli
qui	fuit	melchi	qui	fuit	naggae
qui	fuit	ianne	qui	fuit	mathusalem
qui	fuit	ioseph	qui	fuit	addi
qui	fuit	mathathiae	qui	fuit	chosam

f.57r – Généalogie de Joseph, selon Luc.



Scdum

qui	fuit	helmaath	qui	fuit	mathathiae
qui	fuit	er	qui	fuit	nathan
qui	fuit	maiathe	qui	fuit	dauid
qui	fuit	semei	qui	fuit	ies se
qui	fuit	ioseph	qui	fuit	obeth
qui	fuit	iudae	qui	fuit	boos
qui	fuit	iohanna	qui	fuit	salmon
qui	fuit	ressa	qui	fuit	naason
qui	fuit	zorobabel	qui	fuit	aminadab
qui	fuit	salathiel	qui	fuit	aram
qui	fuit	neri	qui	fuit	zesrom
qui	fuit	melchi	qui	fuit	habracham
qui	fuit	phanes	qui	fuit	tharae
qui	fuit	iudae	qui	fuit	nachor
qui	fuit	iacob	qui	fuit	saruch
qui	fuit	issac	qui	fuit	ragau
qui	fuit	iessu	qui	fuit	phaleg
qui	fuit	eliezer	qui	fuit	eber
qui	fuit	iorum	qui	fuit	salae
qui	fuit	matthath	qui	fuit	cainan
qui	fuit	leuui	qui	fuit	arpaxat
qui	fuit	simeon	qui	fuit	sem
qui	fuit	iudae	qui	fuit	noe
qui	fuit	ioseph	qui	fuit	lamech
qui	fuit	ionae	qui	fuit	mathusalem
qui	fuit	eliacim	qui	fuit	enoch
qui	fuit	mechae	qui	fuit	iareth
qui	fuit	mennae	qui	fuit	malaleel

f.57v


Luc

qui fuit cainan qui fuit adam
qui fuit enos qui fuit di
qui fuit seth
Ihs autem plenus spu sco regresus est aiordane et age
batur aspu indeserto dieb; xl et temptabatur adiabulo
Et nihil manducauit indieb; illis et consummatis his essuriit
dixit h illi diabulus si filius di es dic lapidi huic ut panis
fiat et respondit adillum ihs dicens scriptum est quia non
inpane solo uiuit homo sed inomni uerbo di et duxit illum
diabulus et ostendit illi omnia regna orbis terrae inmo
mento temporis et ait adillum tibi dabo potestatem hanc
uniuersam et gloriam illorum quia mihi tradita sunt et
cui uoluero do illa tu ergo si adoraueris me erunt tua
omnia et respondens ihs dixit illi scriptum est dnm dm tuum
adorabis et illi soli serues Et duxit illum inhirusalem et sta
tuit eum super pinnam templi et dixit illi si filius di es mitte
te hinc deorsum scribtum est ++ quod angelis suis manda
uit dete utconseruent te quia inmanib; tollent te neforte
offendas adlapedem pedem tuum Et respondens ihs ait illi
dictum est non temptabis dnm dm tuum et consummata omni
temptatione diabulus recessit abeo usque adtempus
Et regresus est ihs inuirtute sps ingalileam et fama exiit
inuniuersam regionem deillo et ipse docebat insinagogis
eorum et magnificabatur aomnib; Et uenit nazareth
ubi erat nutritus et intrauit secundum consuetudinem suam
die sabbati insinagogam et surrexit legere et traditus est
ei liber profetae essaiae et ut reuoluit librum inuenit locum
ubi scriptum erat sps dni super me eo quod unxit me

f.58r - Fin de la généalogie selon Luc.

dns uilicu iniquitatis quia prudenter fecisset dixit h' ad dis
cipulos suos filii huius saeculi prudentiores st filiis lucis in ui
ta sua. & ego uobis dico facite uobis amicos de mammona iniq
tatis ut cum defeceritis recipiant uos in aeterna tabernacula.
qui fidelis est in mo dico & in maius fideles ÷ & qui in modico ini
quus est in maius iniquus ÷ si ergo & in iniqua mammone fideles
non fuistis quod uestrum ÷ quis reddet uobis credite & si in alie
ccxi no fideles non fuistis quod uestrum est quis dabit uobis ·· Nemo +
seruus potest duob: dominis seruire aut h unum odiet & alterum
diliget aut h uni adherebit & alterum condempnet & non potestis
ccxii do seruire & mammonae ··· Audiebant h haec omnia pharisei
qui erant auari diridebant eum & ait illis uos estis qui iustifica
tis uos coram hominib: ds h nouit corda uestra quia quod
ccxiii hominib: altum est abhominatio ÷ apud dm ··· Lex & prophetae usq:
ad iohannem ex quo regnum di euangelizatur & omnis in illud
ccxiiii uim facit ··· Facilius ÷ enim caelum & terra praeterire quam de
ccxu lege unum apicem cadere ··· Omnis qui dimittit uxorem sua &
ducit alteram moechatur & qui dimissa a uiro ducit moecha
ccxui tur ·· Homo h quidam erat diues & induebatur purpura & bis
so & aepulabatur cotidie splendide & erat quidam mendicus
nomine lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulcerib: plenus
cupiens saturari de micis q: cadebant de mensa diuitis sed &
canes uenientes & linguebant ulcera eius · Factum ÷ h ut moreretur
mendicus & portabatur ab angelis in sinu abrachae & mor
tuus ÷ h & diues sepultus ÷ in infernum eleuans oculos suos
cum esset in tormentis uidit abracham de longe & lazarum in sinu
eius & ipse clamans dixit pater abracham miserere mei & mitte
te lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aqua ut refrigere
ret linguam meam quia crucior in hac flamma & dixit illi

f.75r


luc
85
in panis fractionem ··· Dum haec h loquuntur ipse h ihs
stetit in medio eorum et dixit eis pax uobis cum nolite time
re conturbati uero et conterriti existimabant se spiri
tum uidere et dixit illis quid conturbati estis et quare cogita
tiones ascendunt in corde uestro uidete manus meas et pe
des meos quoniam ipse ego sum palpate et uidete quia spiritus car
nem et ossa non habet sicut me uidetis habentem ··· Et cum hoc
dixisset ostendit eis manus et pedes adhuc h non credentib:
ei prae gaudio et mirantib: dixit habetis hic aliquid quod
manducetur at illi obtullerunt ei partem pisces assi et fa
uum mellis et cum manducasset coram eis sumens reliqui
as dedit eis ··· Et dixit ad eos haec sunt uerba mea quae lo
cutus sum ad uos cum adhuc essem uobis cum quoniam necesse
esset impleri omnia q: scripta sunt in lege mosi et in pro
phetis et in salmis de me tunc aperuit illis sensum ut in
tellegerent scripturas et dixit eis quoniam sic scriptum est xpm
pati et resurgere a mortuis die tertia et praedicare in nomi
ne eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes
gentes incipientib: ab hierusolima uos h testes estis horum et
ego mitto repromissionem patris mei in uos uos h sedete
hic in ciuitate ista usq: dum induamini uirtutem ab excelso
eduxit h eos foras usq: ad bethaniam et eleuatis manib: suis
benedixit eis et factum est dum benediceret illis recessit ab eis
et eleuatus est in caelum et ipsi adorantes reuersi sunt in hie
rusalem cum gaudio magno et erant semper in templo lau
dantes et benedicentes dominum ··· amen
[illegible] euangelium catae lucan
[illegible] nunc ordium euangelium secundum iohannem
[illegible]

f.85r – Fin de l'Évangile selon Luc



f.85v – Début de l'Évangile selon Jean.

I· hoc erat inprincipio apud dm... Omnia per ipsum facta sunt
& sine illo factum est nihil quod factu est in illo uita est &
uita erat lux hominu & lux in tenebris lucet & tenebrae ea
II· non conprehenderunt... Fuit homo missus a do cui nomen
erat iohannis hic uenit in testimoniu ut testimonium per
hiberet de lumine ut omnes crederent per illu non + erat
III· ipse lumen sed ut testimonium perhiberet de lumine... Er
at + lux uera quae inluminet omnem homine uenientem
in mundu in mundo erat & mundus per ipsum factus est & mu
IIII· ndus eum non cognouit... In sua pro pria uenit & sui eu
non receperunt quot quot h recaperunt eu dedit eis
potestate filios di fieri his qui crediderunt in nomine eius qui
non ex sanguinib: neq: ex uoluntate carnis neq: ex uoluntate
V· te uiri sed ex do nati sunt... Et uerbu caro factu est &
habitauit in nobis & uidimus gloriam eius gloriae quasi
VI· unigeniti a patre plenum gratiae & ueritatis... Iohannis
testimoniu perhibet ab ipso & clamat dicens hic erat que
dixi qui post me uenturus est ante me factus est qui prior
VI· me erat... Et de plenitudine eius nos omnes accipimus gra
tiae pro gratia quia lex per moisen data est gratia & ue
VII· ritas per ihm xpm facta est... Dm nemo uidit umqua nis
si unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit
VIII· Et hoc est testimoniu iohannis cum missisent iudei ab hieru
solimis sacerdotes & leuitas ad illu ut interrogarent illu
tu quis es & confessus est & non negauit & confessus quia ego
non sum xps & interrogauerunt eu quid ergo helias es tu
& dicit non sum propheta es tu & respondit non dixerunt
ergo ei quis es ut responsum demus his qui miserunt nos
X· quid dicis de te ipso... Ait ergo uox clamantis in deserto

f.86r -

et abiit et abscondit se ab eis cum autem tanta signa fecisset coram
eis non credebant in eum ut sermo essaiae prophetae impleretur
quem dixit domine quis credidit auditui nostro et brachium domini cui
cuiii i reuelatum est ... propterea non poterant credere quia iterum
dixit essaias excaecauit oculos eorum et indurauit cor eorum ut
non uideant oculis et intellegant corde et conuertantur et sa-
cx i nem eos ... haec dixit essaias quando uidit gloriam dei et locu-
tus est de eo. uerum tamen multi ex principibus crediderunt in
eum sed propter pharisaeos non confitebantur ut de sinagoga
cxi i non eicerentur. dilexerunt enim gloriam hominum magis quam dei ... ihesus autem
clamauit et dixit qui credit in me non in me credit sed in eum qui
cxii x me misit ... ego lux in mundum ueni ut omnes qui credit in
me in tenebris non maneat et si quis audierit uerba mea et non
custodierit ego non iudico eum non enim ueni ut iudicem mundum sed
ut saluum faciam mundum qui spernit me et non accipit uerba
mea habet qui iudicet eum sermo quem locutus sum ille
iudicabit eum in nouissimo die quia ego ex me ipso non sum lo-
cutus sed qui me misit pater ipse mihi dedit manda-
tum quid dicam et quid loquar et scio quia mandatum eius uita
aeterna est quae ergo ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor ...
a nitt cum ante diem autem festum paschae sciens ihesus quia uenit hora eius
ut transeat de hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos qui erant
cxiii iiii in mundo in finem dilexit eos ... et cena facta cum diabolus
iam misisset in corde ut traderet eum iudas simon scariotis
cxiiii iii his ... sciens quia omnia dedit ei pater in manus eius et quia
cxu x a deo exiuit et ad deum uadit ... surgit a cena et ponit uestimen-
ta sua et cum accepisset linteum praecinxit se deinde mittit
aquam in peluem et coepit lauare pedes discipulorum et exter-
gere linteo quo erat praecinctus uenit ergo ad simonem

f.101r



101

ac ille ait ei etiam dñe tu scis quia amo te .. Dicit ei ihs pasce oues meas ..
Dicit ei tertio simon iohannis amas me contristatus est petrus quia
dixit ei tertio amas me & dicit ei dñe tu omnia scis quia amo te .. Dicit
ei pasce agnos meos ... Amen amen dico tibi cum esses iunior cingebas
te et ambulabas ubi uolebas cum autem senueris extendes manus
tuas et alius te cinget et ducet quo tu non uis hoc autem dixit significans
qua morte clarificaturus esset dm̄ et hoc cum dixisset dicit ei se-
quere me. Conuersus petrus uidit illum discipulum quem dilige-
bat ihs sequentem qui et recubuit in cena super pectus eius et dixit
dñe quis est qui te tradet .. hunc ergo cum uidisset petrus dicit ihu
dñe hic autem quid dicit ei ihs sic eum uolo manere donec uenio quid ad
te tu me sequere. exiuit ergo hic sermo inter fratres quia ille
discipulus non moritur et non dixit ei ihs non moritur sed sic eum uolo ma-
nere donec uenio quid ad te tu me sequere. [illegible] discipulus qui
testimonium perhibet de his et scribsit haec [illegible] et scimus quia uerum
est testimonium eius. Sunt autem et alia multa quae fecit ihs quae
si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum cape-
re eos qui scribendi sunt libros

[illegible] holandus [illegible] gratias missen[illegible]
[illegible] uos omnes xpiani [illegible]
[illegible]

monasterii s. Zenonis maioris Verone

f.109r et dernier